



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117824**

§. 39. Euphemius Constantinopoli ejicitur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](#)

Sæculum V. nes Episcopi, & Presbyteri, surgentes sa-  
 A. C. 495. pius acclamando consensum suum pro-  
 fessi sunt, Papam tanquam IESU Christi  
 Vicarium agnoscentes, additis votis,  
 ut in Sede Roinana S. Petri annos ex-  
 pleret. Sixtus Ecclesiæ Romanæ Nota-  
 riū jubente Papa hujus absolutionis A-  
 etā conscripsit, & ipse Pontifex in hoc  
 Concilio adversus obstinatos Græcos  
 multum dixit.

## §. XXXIX.

*Euphemius Constantinopoli ejicitur.*

*Marcell.* Interea Anastasius Imperator nihil non  
*Chr. Theod.* faciebat, quo Græcorum animi in  
*lect. lib. 2. p.* Schismate obfirmarentur. Eodem anno  
*559. Theoph.* 495. Viatore Consule, Euphemium Pa-  
*p. 120. an. 5.* triarcham Constantinopolitanum depo-  
*Anast.* ni jussit, falso insimulatum, quod consi-  
 ilio & consensu juvisset rebelles Isauros,  
 qui pristino favore Imperatoris Zenonis  
 Popularis sui adhucdum feroceſ contra  
 Anastasium sub ejus Regni auspicioſ ſe-  
 ditionem moverant. Quamobrem E-  
 piskopi, qui tunc Constantinopoli dege-  
 bant, in Concilium coire jussi, & quia  
 Imperatorem offendit nolebant, Euphe-  
 mium deposuerunt, & excommunicarunt.  
 Mox præcipiente Imperatore in  
 ejus locum ordinatus est Macedonius  
 Presbyter, Ecclesiæ Thesauro Præfectus,  
 Nepos

Nepos Gennadii Patriarchæ, qui olim Sæculum V.  
pueri mores ad Pietatem, & institutum A.C. 495.  
Monasticum formaverat. Nihilominus  
ab Imperatore iussus Zenonis Henotico  
subscripsit. Populus Constantinopolitanus Euphemio favens commoveri cœ-  
pit, & ad Hippodromum concurrit, Ly-  
tanias decantans. At Imperator a sen-  
tentia non recessit, & Euphemium Eu-  
caitam in Paphlagonia relegavit. An-  
tequam proficeretur, petiit, ut Mace-  
donius sibi Fidem publicam daret, se in-  
columem in locum Exilii deducendum.  
Igitur Macedonius ei collocuturus venit  
ad Baptisterium, & priusquam intraret,  
Pallium sibi auferri a Diacono jussit,  
nolens præsente Euphemio illud gestare.  
Imo accepit mutuas pecunias, easque  
abituro dedit, quibus viæ socios susten-  
taret.

§. XL.

*Elias Patriarcha Jerosolymitanus.*

Euphemii Depositio Athanasio Patriar- Vit. S. Sabæ  
chæ Alexandrino, & Palladio Patriar- Cotel. mon.  
chæ Antiocheno probabatur, non vero to. 3. p. 262.  
Eliæ Patriarchæ Jerosolymitano. Is p. 296.  
S. Euthymii erat Discipulus, & a Biennio  
successerat Salustio, qui Sedem hanc an-  
nis octo, & tribus mensibus tenuit. E-  
lias tertio anno Imperatoris Anastasii,  
nempe 493. ordinatus, propter Eccle-